





Gr. lit.  
Thuc.

Thucydides

**CLEONIS ORATIO,**  
**QUÆ LEGITUR APUD THUCYDIDEM,**

(LIB. III CAPP. XXXVII—XL)

LATINE REDDITA ET ADNOTATIONIBUS  
INSTRUCTA.

DISSERTATIO ACADEMICA,

QUAM

**PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.**

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

**SAM. JOANN. LJUNGDAHL,**

PH. CAND. GOTOB. STIP. WRED.

IN AUDITORIO THEOLOGICO A. D. IV KAL. JUN.

H. A. M. S.

---

UPSALIÆ,  
TYPIS DESCRIPSIT W. SCHULTZ  
MDCCLXVIII.

Ex. 111  
1840

CLONIS ORATIO

OUR LETTER AND THEODOR

(1840)

LATELY PUBLISHED BY  
THE

DISSEMINATING SOCIETY

FOR THE PROPAGATION OF THE  
GOSPEL

AMONG THE  
INDIANS

IN THE  
WESTERN PARTS OF THE  
UNITED STATES

NEW YORK  
1840

Quum ad res gestas Atheniensium animos convertimus, nihil profecto est, quod magis nos commoveat quodve ad illius civitatis fortunam majoris fuisse momenti appareat, quam duo illa gravissima bella, unum cum Persis alterum cum Peloponnesiis gestum, quorum illud maximo incremento civitatem illam auxit, hoc opes ejus in perpetuum fregit ac deminuit. Et tamen arctissimo quodam vinculo inter se conjuncta fuerunt; namque id ipsum, quod in illo bello partum Athenas in summum fastigium evexerat, imperium sociorum, effecit etiam, ut hoc bellum in eas conflaretur. Hanc autem belli Peloponnesiaci vere fuisse causam Thucydides rerum gestarum earumque rationum acerrimus investigator aperte testatur <sup>1)</sup> idemque in ipso bello enarrando fere nulli rei tantopere inservit, quam ut, qualis fuerit sociorum status qualique dominatu hos tenuerint Athenienses, recte intelligatur. Atque a nobis, quum eam orationem, quam de Mytilenaeis Atheniensium sociis ob defectionem puniendis Cleonem habere ille facit, hoc libello tractandam susceperimus, ipsa res postulare videtur, ut illius populi res in Atheniensium societate gestas breviter memoria reveceamus, easque jam Thucydidis maxime vestigiis ingredientes adumbrare conabimur.

Lesbos insula, cujus incolae Aeolii erant genere <sup>2)</sup>, post proelium apud Mycalen, in quo copiae ejus ad Graecos signa transtulerant, in horum societatem recepta est. Haud multo post, ubi classis Lacedaemoniorum domum revertit, evenit, ut ad Athenienses pleraeque civitates minores circa mare

1) Thuc. I, 23.

2) Herod. I, 151, Thuc. VII, 57, 4.

Aegaeum sitae sese applicarent, ut illorum ductu bellum gererent <sup>1)</sup>. Sed parum diu iis licuit aequa et libera societate uti. Nam Athenienses superbius in eos dominari brevi coeperunt, non solum pecuniam impetrantes, sed etiam naves militesque exigentes, quibus pro arbitrio uterentur <sup>2)</sup>. Ubi autem, ne imperata facerent, recusaverant, vi subigebantur et imperio obnoxii reddebantur <sup>3)</sup> idque eo facilius factu fuit, quum plerique languore capti, ut a belli muneribus obeundis solverentur, re militari neglecta tributa tantum penderent <sup>4)</sup>. Ita evenerat, ut eo tempore, quo bellum Peloponnesiacum coeptum est, omnes socias civitates Athenienses obnoxias et imperio subjectas tenerent exceptis Chiis et Lesbiis, qui etiamtum liberi vivebant <sup>5)</sup>. Quos summa desciscendi cupiditate arsisse, nemini mirum videbitur, qui, qualis ceterorum sociorum fuerit conditio, attenderit et his jam jamque timendum fuisse, ne idem sibi accideret. Neque vero desperandum iis erat, fore ut inceptum prospere succederet, quum classis non invalidas ipsi haberent. Nulla autem alia res hos a desciscendo illos a vi inferenda tam diu abstinuisse videtur, nisi mutuus timor <sup>6)</sup> et si quid socii observantia erga principes <sup>7)</sup> et fortasse etiam muneribus datis <sup>8)</sup> indulgentiae sibi parabant. Ex diversis Lesbi civitatibus Mytilene ceteris multo antecellebat opibus et earum Methymna excepta principatum quendam occupaverat <sup>9)</sup>. Qua in civitate illo tempore penes optimates summa rerum fuit, id quod magis etiam invisum Atheniensium imperium iis reddidisse putandum est. Et Mytilenaei jam ante hoc bellum desciscendi consilium ceperant deque ea re cum Lacedaemoniis egerant,

1) Thuc. III, 10. 2) Thuc. I, 99, VI, 43. 3) Thuc. I, 97—107, VI, 76. 4) Thuc. I, 99. 5) Thuc. III, 39, VII, 57, VI, 85, ubi etiam Zacynthii et Cephallenii *αὐτόνομοι* dicuntur; verum hi in hoc ipso bello in sociorum numerum ascripti sunt. 6) Thuc. III, 12. 7) Thuc. III, 11. 8) Nam id certe Cleoni in hac oratione contendit: idem ex II, 60, 5—6. 65, 9 haud temere colligas. At in Cleonem ipsum in Arist. Equ. 882 Allantopola dicit: *σ' ἐπίδειξω δωροδοκῆσαντ' ἐκ Μυτιλήνης πλεῖν ἢ μᾶς τετραράκοντα.* 9) Curtius Gr. Hist. 355.

quamquam hi recipere eos noluerant <sup>1)</sup>. Sed quarto hujus belli anno (Ol. 87, 4, a. 428) a Thebanis incitati, quum scirent Athenienses bello et pestilentia affictos et copias eorum diversis locis districtas esse, summa ope defectionem parare coeperunt. Portus claudebant, muros extruebant, naves aedificabant, Lesbios omnes per vim Mytilenen adducebant. Sed antequam haec confecta essent, Atheniensibus, quae fierent, a Methymnaeis maxime indicatum est. Quare admoniti quadraginta naves Cleippide duce adversus Mytilenaeos miserunt. Illi autem colloquiis habitis ab imperatoribus inducias impetrarunt, deinde et Athenas eodem tempore legatos, qui ut naves a se dimitterent rogarent, et Lacedaemonem auxilium petitum miserunt simulque munitiones perfecerunt. Ab illis repulsam tulerunt, ab his Olympiam ad sociorum concilium delegati oratione habita (Thuc. III, 9—14) impetrarunt, ut in societatem Peloponnesiorum reciperentur, illique se et pedestribus copiis et navibus trans Isthmum transvectis Athenienses adorituros polliciti sunt. Sed hoc inceptum sociorum tarditate ad irritum cecidit atque interea Athenienses et in Peloponnesum classem miserunt et auctioribus copiis Mytilenen hieme jam appropinquante terra marique obsidione clauserunt. Insequente autem aestate re frumentaria deficiente Mytilenaeorum optimatibus de auxilio desperantibus haec una via ad salutem visa est, ut plebe armata eruptionem conarentur. At hi postquam, arma acceperunt, optimates jusserunt aut frumentum viritim dividere aut urbem hostibus tradere. Qua re tandem illi coacti Pacheti Atheniensium duci urbem dederunt, ea tamen conditione, ne, antequam Athenienses ipsi de Mytilenaeis statuissent, quamquam occideret neve in servitutem redigeret. Tum demum Lacedaemoniorum classis quadraginta navium Alcida duce prope Lesbum advenit; qui quum aut insulam victoribus eripere aut certe alio modo suorum commodis prospicere potuisset, tamen ignavia captus re infecta quasi per fugam

1) Thuc. III, 2 sqq.

domum se recepit. Paches vero civium Mytilenaeorum quotquot defectionis auctores fuisse videbantur Athenas misit in eoque numero Salaethum Lacedaemonium, qui a magistratibus missus Mytilenen obsessam occulte ingressus erat. Athenienses autem vehementissima ira incensi erant, quod in hanc obsidionem ducenta talenta tum primum in hoc bello collatione facta consumpserant et quod illi nulla vi illata adeo considerate defectionem paraverant, hac autem re vel maxime iram augente, quod Peloponnesiorum classe in Aegaeum mare advocata ipsis summum periculum imminuerat. Et Salaethum quidem extemplo occiderunt; de Mytilenaeis autem concione convocata decreverunt, ut quotquot puberes essent necarentur, impuberes autem et mulieres in servitatem redigerentur, idque Pacheti mandatum triremem statim miserunt. Verum jam postero die eos poenituit, quod adeo crudeliter in universos noxii et innoxii nullo facto discrimine consuissent, et magistratibus facile persuasum est, ut iterum de Mytilenaeis actionem edicerent. Tunc autem hanc ipsam orationem Cleonem habuisse Thucydides scribit.

Thucydidi rerum scriptori quum id historiae genus, quod pragmaticum vocant, proprium est, i. e. quod non solum in rebus gestis enarrandis sed etiam in causis eorum indagandis atque ingeniis et moribus hominum depingendis versatur, tum vel maxime in orationibus historicis libris insertis hoc ei ut summum et extremum propositum fuit, ut et ipsarum civitatum ingenia rationesque, quibus in rebus gerendis ductae commotaeque essent, declararet et potentium virorum mores studiaque et indolem aperiret. Et in hac quidem oratione duplex finis inesse putandus est. Nam et, quonam modo Atheniensium plerique eo tempore de rebus sociorum censuerint, declaratur et, quale fuerit Cleoni, qui tunc auctoritate plurimum valebat, ingenium atque indoles, luculentissime depingitur. Et quod ad illam rem attinet, Mueller, quo haud scio an nemo umquam de Thucydide ingeniosius et acutius judicaverit, in *Hist. lit. Gr.* pp. 359—360 observat compluribus orationibus velut serie cohaerentibus Thu-



cydidem ostendere voluisse, quae Athenienses de imperio suo ac de sociis tractandis existimaverint, eosque per hoc bellum ad majorem semper acerbiteriam et atrocitatem quasi gradatim ascendisse. Et jure confirmat vir doctus, quamquam in una Mytilenaeorum re violentiam Cleonis humanitas et clementia Diodoti superaverit, omnino tamen illius rationem voluntatemque illa tempestate apud cives plus valuisse. Orationes autem, quas respiciens illud dixit, praeter Cleonis et Diodoti, quae huic adjungitur, hae sunt: Atheniensium legatorum I, 73—78, Periclis aliqua ex parte II, 60—64, colloquium cum Meliis habitum V, 85—111. Ejusdem rei mentionem faciunt Hermocrates et Euphemus VI, 76—87. Et Cleon quidem aperte ac propalam affirmat tyrannidem esse imperium Atheniensium, quod, etiamsi injustum sit, tamen utilitatis causa et retinendum et acriter exercendum sit, et male Athenienses fecisse, quod Mytilenaeos tamdiu liberos reliquissent, multaque alia dicit, quae, quam illo tempore inverecundi ac paene efferati vulgi animi fuerint, haud obscure indicant<sup>1)</sup>.

Si vero umquam jure dici potest Thucydidem eorum, quos loquentes inducit, mores ac voluntates orationibus effingere solere, haud scio an in hujus oratione id vel optime et felicissime effecerit. Nam ceterae fere orationes, quamquam, quid quisque senserit et voluerit, accuratissime exprimunt, tamen pariter omnes ipsius scriptoris serenam animi tranquillitatem et gravitatem prae se ferunt<sup>2)</sup>; haec autem tota vehementissimum animi ardorem<sup>3)</sup>, acerbissimum odium, insatiabilem crudelitatem spirat. Etenim illis turbidis temporibus eos homines, qui plebis maxime duces erant, per iracundiam et objurgationes fidem et assensionem

1) Conf. Thuc. III, 82.

2) Hermogenes *περὶ ἰδεῶν* (Spengel Rh. Gr. II. 423): *Θουκυδίδης κέχρηται μὲν καὶ μιμήσει κατὰ τὴν τὰς δημηγορίας καὶ ἐν τισὶ διαλόγοις, ὁ αὐτὸς δ' ἔστι κἀν τούτοις.*

3) De actinne Cleonis in dicendo agitatioe quam decebat vide Quint. XI, 3, 123, Arist. Equ. 137 et a Kock. ibi adnotata.

sibi quaerere solitos esse Thucydides confirmat III. 82. Et haec oratio hominis turbulenti plebisque moderatoris imaginem fidelissime depingit. Hominem scilicet videmus in cogitando et inveniando natura acrem et acutum, in dicendo versutum et copiosum, qui, quum eruditionis ac politioris humanitatis ipse expers sit, eruditionem et nimiam prudentiam in suspicionem vocare studeat et eloquentiam, ubi artis cultu adjuncta sit, ad fallendum esse instructam arguat; et plebem simul blanditiis delinientem simulque callida vituperatione perstringentem, quod non sibi constans honestioribus interdum animi motibus cedat, eamque ut ad suum ipse arbitrium regat, admonentem, ne cognoscendi ac iudicandi libertate dimissa ab aliis se decipi sinat; in adversarios autem gravissima opprobria jactantem, ut qui ipse unus omnium innocentissimus sit; et quum ipse plerumque rerum novarum molitor sit, tamen, ubi suae potentiae conducat, leges et instituta reipublicae conservandi studium prae se ferentem. Hos igitur mores haec studia in Cleone fuisse oratio a Thucydide illi subjecta aperte declarat et, si quis huic quasi cupide iudicanti fidem non injungat, fabulae Aristophanis idem testantur <sup>1)</sup>).

Verum tamen hoc jure quaeri potest, utrum omnes sententiae, quae in hac oratione proferuntur, Cleoni recte tribuendae sint, an singulas quasdam scriptor ipse invenerit. Et apud Popponem in ed. min. vol. IV sect. III p. 29 vidi Langreuterum in libro, qui inscribitur "Num orationes Thucydidiae re vera habitae sint" Celle 1853, affirmare omnibus concionibus Thucydidis argumenta vere habitatum subjecta esse, sed non solum verba Thucydidis esse sed etiam singulas quasdam sententias in concionibus reperiri, quae auctoribus earum minus recte tribuantur quam Thucydidi, et hanc sententiam illum exemplis probare et tum Cleonis etiam orationem proferre. Cujus sententia mihi quidem facile probatur; nam quum omnes Thucydidis orationes perlegerem,

1) V. Kock. Prolegom. ad Arist. Equ. p. 8—14.

permultas sententias generales seu locos communes inveni et quidem saepe easdem pluries repetitas, quas ille de suo immiscuisse verisimile est, sive eas ex disciplina Anaxagorae vel ex scholis Antiphontis assumpsit, sive ipse invenit<sup>1)</sup>. Et ex hac oratione ut exempla afferam, talis est sententia c. 39, 4: *εἴωθε δὲ τῶν πόλεων κτλ.*, quae cum ceteris non apte cohaeret. Eandem vero invenies IV, 17, 3—4 et ap. Demosth. Ol. I § 23 et, ut haud raro fit, alio loco, Ol. II, 26, prorsus contrariam. In eodem capite § 5 legitur *πέσυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεριπεῖον ἐπερρορεῖν τὸ δὲ μὴ ἐπείζον θανατίζειν*. Haud aliter IV, 61, 4 et 92, 5, sed contrarius locus IV, 19 extr. Eandem sophistarum artem sapit c. 40, 5: *μάλισια δὲ οἱ μὴ ξὺν προσάσει τινα κακῶς ποιῶντες ἐπεξέρχονται* et quae sequuntur; conferri potest II, 40, 4.

Verum de argumento et sententiis haec dixisse satis habeo; nunc de dispositione sive de partibus orationis pauca disseram<sup>2)</sup>. Pfauus in Meditationibus criticis de oration. Thuc. p. 11 Thucydidem dicit has quinque partes exhibere: exordium (*προοίμιον*), narrationem (*διηγήσειν*), propositionem (*πρόθεσιν*) contentionem seu fidem (*ἀπόδειξιν* seu *πίστιν*) et perorationem (*ἐπίλογον*) ejusque dispositionis specimen profert orationem Periclis ap. Thuc. I, 140—144. Poppo autem vol. IV, III p. 26 in transcurso observat illud a Pfauio minus recte doceri, ipse autem quid sentiat non aperit. Scholia autem ad multas orationes indicant, ubi singularum partium initia sint, at non nisi trium umquam

1) Conf. Marcell. Vita Thuc. § 51 *τὸ γνωμολοικὸν αὐτοῦ πάνν ἐπαινετέον*. Schol. ad Thuc. IV extr. *ιστίον ὅτι ἐμιμήσατο — εἰς τὸ γνωμικὸν τοὺς Σωκρατικοὺς Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους*. Hermogenes *περὶ ἰδεῶν*, ap. Spengel. Rh. Gr. II, 423, Thucydidem dicit *καθολικὸς λόγους πρὸς τὴν πίστιν* saepius usitare. Cic. Brut. c. 7 "creber sententiis." Vide etiam Spengel De stud. artis rhet. p. 27—28.

2) observandum est scholion initio orationis ascriptum: *θανάσειε δ' ἂν τις τον συγγραφέα πῶς ἐν ὁμοίῳτι διαβεβλημένῃ καὶ παραδόξοις ἐννοίαις κατὰ φύσιν καὶ ἀκολουθίαν τινα τὴν τάξιν τῆς δημηγορίας τετήρηκεν*.

mentionem faciunt, quae sunt *προοίμιον, ἀγῶνες, ἐπίλογοι*. Et vero si diligentius inquiras, plerarumque orationum hae partes solae reperientur; in nonnullis autem inest etiam narratio (*διήγησις* s. *ἀπαγγελία*), sicut est in Periclis illa supra laudata, Corinthiorum I, 37—43, Mytilenaeorum III, 9—14. Propositio autem non est in partibus orationis numeranda. Hujus quidem orationis hae sunt partes: exordium cc. 37—38, quod solito longius productum est, quia huc omnia fere, quae ille multitudini et adversariis objicit, congesta sunt <sup>1)</sup>; propositio et confirmatio 39—40, 5, cujus argumenta partim ex justo partim ex utili petita sunt <sup>2)</sup>; denique peroratio 40 § 6, quae omnes argumentorum nervos quasi in unum colligit et contendit.

Restare videbatur, ut de dictione orationum Thucydidarum propria pauca diceremus; verum id non permisit brevitatis hujus institutae scriptionis. Tantum monuisse juvabit illis figuris seu luminibus orationis, quae Thucydidi ejusque aetatis eloquentibus viris maxime placuerunt, contrariis membris inter se oppositis, similiter conclusis eodemque pacto cadentibus, ceteris ejusmodi, hanc unam omnium maxime insignem esse orationem.

---

1) De ejusmodi exordiis conf. Aristid. *περὶ σοφροσύνης* Rh. Gr. II, 492 et Incert. auct. I, 429.

2) De his quasi fundamentis argumentationis (*τελικοῖς κεφαλαίοις*) a Thucydide diligentissime observatis vide Spengel Comm. ad Anaxim. et Longin. in Rh. Gr. I, 327.

---

CLEONIS ORATIO.

---

λζ'. "Πολλάκις μὲν ἤδη ἔγωγε καὶ ἄλλοτε ἔγνων δημο-  
 κρατίαν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἐτέρων ἄρχειν, μάλιστα δ' ἐν τῇ  
 νῦν ὑμετέρα περὶ Μυτιληναίων μεταμελεία. διὰ γὰρ τὸ καθ'  
 ἡμέραν ἀδέες καὶ ἀνεπιβούλευτον πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐς τοὺς  
 2 ξυμμάχους τὸ αὐτὸ ἔχετε, καὶ ὅ τι ἂν ἢ λόγῳ πεισθέντες  
 ὑπ' αὐτῶν ἀμάρτητε ἢ οἴκτῳ ἐνδῶτε, οὐκ ἐπικινδύνως  
 ἠγείσθε ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μα-  
 λακίεσθαι, οὐ σκοποῦντες ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχὴν  
 καὶ πρὸς ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς καὶ ἄκοντας ἀρχομένους·  
 οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτιόμενοι αὐτοὶ ἀκροῶνται ὑμῶν  
 ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἰσχυρῶ μᾶλλον ἢ τῇ ἐκείνων εὐνοίᾳ περιγένησθε.  
 3 πάντων δὲ δεινότατον εἰ βέβαιον ἡμῖν μηδὲν καθεστήξει ὧν  
 ἂν δόξῃ πέρι μηδὲ γνωσόμεθα ὅτι χεῖροσι νόμοις ἀκινήτοις  
 χρωμένη πόλις κρείσσων ἐστὶν ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις,  
 ἀμαθία τε μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον ἢ δεξιότης μετὰ  
 ἀκολασίας, οἳ τε φαιλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυ-  
 νετωτέρους ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις.  
 4 οἳ μὲν γὰρ τῶν τε νόμων σωφώτεροι βούλονται γαίνεσθαι  
 τῶν τε αἰεὶ λεγομένων ἐς τὸ κοινὸν περιγίγνεσθαι, ὡς ἐν  
 ἄλλοις μείζουσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην, καὶ ἐκ  
 5 τοῦ τοιούτου τὰ πολλὰ σφάλλουσι τὰς πόλεις· οἳ δ' ἀπι-  
 στοῦντες τῇ ἐξ ἑαυτῶν ξυνέσει ἀμαθέστεροι μὲν τῶν νό-  
 μων ἀξιοῦσιν εἶναι, ἀδυνατώτεροι δὲ τοῦ καλῶς εἰπόντος  
 μέμψασθαι λόγον, κριταὶ δὲ ὄντες ἀπὸ τοῦ ἴσον μᾶλλον  
 ἢ ἀγωνισταὶ ὀρθοῦνται τὰ πλείω. ὡς οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς

XXXVII. Quod jam saepius equidem etiam antea perspexi, civitatem popularem haudquaquam posse aliis imperare, id vel maxime ex vestro nunc de Mytilenaeis mutato animo cognosco. Qua enim in quotidiana vitae consuetudine securitate et fide inter vos utimini, eandem in socios etiam adhibetis; et quidquid aut verbis eorum credentes peccastis<sup>2</sup> aut miseratione capti remisistis, id non putatis vestro quidem cum periculo, nec tamen ita, ut eorum ineatis gratiam, nimia facilitate fieri, non reputantes quasi tyrannidem vos imperium tenere et in illos, qui insidias struant atque inviti vobis pareant; neque enim, si quid cum vestro incommodo illis indulgetis, idcirco vobis obediunt, sed quoniam viribus magis quam ipsorum studio superiores facti estis. Sed omnium gravissimum est, si nihil nobis eorum, quae decreta erunt, firmum manebit, nec videbimus civitatem, quae deterioribus quidem legibus sed immotis utatur, validiorem esse, quam quae bonas habeat easque negligat, et ignorantiam cum continentia junctam plus prodesse quam calliditatem cum licentia, incultioresque homines, si cum prudentioribus conferantur, plerumque civitates melius administrare. Illi enim et legibus sapientiores videri et in iis, quae quoque<sup>4</sup> tempore in commune dicuntur, vincere student, quasi in aliis rebus majoribus prudentiam suam aperire non possint, atque his studiis plerumque respublicas labefactant. Hi vero<sup>5</sup> suae ipsorum prudentiae diffisi legibus se imperitiores esse existimant et ad ejus, qui apte quid dixerit, orationem reprehendendam minus idoneos et, quum disceptatores potius sint aequi quam concertatores, plerasque res bene gerunt. Hoc modo igitur etiam nos oportet facere neque dicendi facultate

ποιούντας μὴ δεινότητι καὶ ξυνέσεως ἀγῶνι ἐπαιρομένους  
παρὰ δόξαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει παραινείν.

λη'. Ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ καὶ θαυμάζω  
μὲν τῶν προθέντων αὐθις περὶ Μυτιληναίων λέγειν καὶ  
χρόνου διατριβὴν ἐμποησάντων, ὅ ἐστι πρὸς τῶν ἡδικηκό-  
των μᾶλλον, — ὁ γὰρ παθὼν τῷ δρᾶσαντι ἀμβλυτέρῳ τῇ  
ὀργῇ ἐπεξέρχεται, ἀμύνασθαι δὲ τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω  
κεείμενον ἀντίπαλον ὃν μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει —  
2 θαυμάζω δὲ καὶ ὅστις ἔσται ὁ ἀντερῶν καὶ ἀξιῶσων ἀπο-  
φαίνειν τὰς μὲν Μυτιληναίων ἀδικίας ἡμῖν ὠφελίμους οὐ-  
σας, τὰς δ' ἡμέτερας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισ-  
ταμένας. καὶ δῆλον ὅτι ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας τὸ πᾶν  
δοκοῦν ἀνταποφῆναι ὡς οὐκ ἔγνωσται ἀγωνίσαιτ' ἄν, ἢ  
κέρδει ἐπαιρόμενος τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας πα-  
3 ράγειν πειράσεται. ἢ δὲ πόλις ἐκ τῶν τοιῶνδε ἀγῶνων τὰ  
μὲν ἄθλα ἐτέροις δίδωσιν, αὐτῇ δὲ τοὺς κινδύνους ἀνα-  
φέρει. αὐτιοὶ δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οὔτινες εἰώ-  
θατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν  
ἔργων, τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκο-  
ποῦντες ὡς δυνατὰ γίνεσθαι, τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ  
τὸ δρασθὲν πιστότερον ὕψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθέν, ἀπὸ  
4 τῶν λόγῳ καλῶς ἐπιτιμησάντων καὶ μετὰ καινότητος μὲν  
λόγον ἀπατᾶσθαι ἄριστοι, μετὰ δεδοκίμασμένον δὲ μὴ ξυ-  
νέπεσθαι ἐθέλειν, δοῦλοι ὄντες τῶν αἰεὶ ἀτόπων, ὑπερόπ-  
ται δὲ τῶν εἰωθότων, καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς εἰπεῖν ἕκα-  
στος βουλόμενος δύνασθαι, εἰ δὲ μή, ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς  
τοιαῦτα λέγουσι μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ,  
5 ὀξέως δὲ τι λέγοντος προεπαινέσαι καὶ προαισθῆσθαι τε  
πρόθυμοι εἶναι τὰ λεγόμενα καὶ προνοῆσαι βραδεῖς τὰ ἐξ  
αὐτῶν ἀποβησόμενα· ζητοῦντές τε ἄλλο τι ὡς εἰπεῖν ἢ ἐν  
οἷς ζῶμεν, φρονοῦντες δὲ οὐδὲ περὶ τῶν παρόντων ἱκανῶς·  
ἄπλως τε ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσωμένοι καὶ σοφιστῶν θεαταῖς  
ἐοικότες καθημέριοις μᾶλλον ἢ περὶ πόλεως βουλευομένοις.



nec prudentiae certamine incitatos praeter animi sententiam vestrae multitudini suadere.

XXXVIII. Atque ego quidem in eadem sententia persto et miror illos, qui de Mytilenaeis iterum vobis deliberandi fecerunt potestatem et temporis dilationem effecerunt, id quod magis e re est illorum, qui injuriam commiserunt. Ita enim is, qui contumeliam accepit, in eum, qui intulit, languidiore cum ira animadvertit; vindicatio autem, quo propius acceptam injuriam sequitur, eo magis illam adaequat in poena expetenda. Verum etiam hoc miror, quis contra sit<sup>2</sup> dicturus et declarare ausurus Mytilenaeorum injurias nobis esse utiles, nostras autem calamitates sociis esse detrimento. Ac satis apparet eum aut facundia fretum, quod omnibus placebat, id non vere sic esse judicatum ostendere conaturum aut luero corruptum speciosa oratione composita vos in errorem inducere conaturum. Respublica autem ejusmodi certaminum praemia dat aliis, ipsa pericula recipit. Cujus rei culpa penes vos est, pravos certaminum arbitros, qui consueritis spectatores verborum, auditores rerum esse, quum in rebus futuris spectandis, num fieri possint, ex iis, qui bene dicunt, toti pendeatis. in transactis vero ex iis, qui callide criminantur, non majore iis fide habita, quae vere gesta oculis cernitis, quam quae auribus accipitis. Et ii estis, qui novitate orationes facillime decipiimini, ab ea autem, quae spectata sit et probata, assensionem cohibeatis, quia insolentissimis quibusque inservitis, usitata contemnitis et maxime quidem cupitis pro se quisque posse dicere, sin minus, eo inter vos certatis, ne illos, qui talia loquuntur, videamini judicio ac mente posteriores sequi, sed ut ea, quae quis acute dicat, laudare occupetis, atque ad ea, quae dicantur, ante intelligenda prompti, ad ea vero providenda quae ex his eventura sint, tardi sitis. Et quasi aliud quiddam quaeritis, quam ea, in quibus vivimus, quum tamen ne de praesentibus quidem recte judicare possitis. Denique aurium voluptate capti et deliniti sophistarum spectatoribus sedentibus quam de republica deliberantibus similiore estis.

λθ'. Ἐν ἐγὼ πειρώμενος ἀποτρέπειν ὑμᾶς ἀποφαίνω  
 Μυτιληναίους μάλιστα δὴ μίαν πόλιν ἡδίκηκότας ὑμᾶς.  
 ἐγὼ γάρ, οἵτινες μὲν μὴ δυνατοὶ φέρειν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν  
 ἢ οἵτινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν,  
 2 ξυγγνώμην ἔχω· νῆσον δὲ οἵτινες ἔχοντες μετὰ τειχῶν καὶ  
 κατὰ θάλασσαν μόνον φοβούμενοι τοὺς ἡμετέρους πολεμίους,  
 ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ τριήρων παρασκευῇ οὐκ ἄφρακτοι ἦσαν  
 πρὸς αὐτούς, αὐτόνομοί τε οἰκοῦντες καὶ τιμώμενοι ἐς τὰ  
 πρῶτα ὑφ' ἡμῶν τοιαῦτα εἰργάσαντο, τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπε-  
 βούλευσάν τε καὶ ἐπανεστήσαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, —  
 ἀπόστασις μὲν γε τῶν βίαιόν τι πασχόντων ἐστίν — ἐζήτη-  
 σάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς σιάντες διαφθεῖραι;  
 3 καίτοι δεινότερόν ἐστιν ἢ εἰ καθ' αὐτοὺς δύναιμι κτώμενοι  
 ἀντεπολέμησαν. παράδειγμα δὲ αὐτοῖς οὔτε αἰ τῶν πέλας  
 ξυμφοραὶ ἐγένοντο, ὅσοι ἀποστάντες ἤδη ἡμῶν ἐχειρώθη-  
 σαν, οὔτε ἡ παροῦσα εὐδαιμονία παρέσχεν ὄκνον μὴ ἐλ-  
 θεῖν ἐς τὰ δεινὰ· γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον θρασεῖς  
 καὶ ἐλπίσαντες μακρότερα μὲν τῆς δυνάμεως ἐλάσσω δὲ τῆς  
 βουλήσεως, πόλεμον ἤρανο, ἰσχὺν ἀξιώσαντες τοῦ δικαίου  
 4 προθεῖναι· ἐν ᾧ γὰρ φήθησαν περιέσεσθαι ἐπέθεντο ἡμῖν  
 οὐκ ἀδικούμενοι. εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα καὶ  
 δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέ-  
 πειν· τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα  
 ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν, καὶ κακοπραγίαν ὡς εἰπεῖν  
 5 ῥᾶον ἀπωθοῦνται ἢ εὐδαιμονίαν διασώζονται. χρῆν δὲ Μυ-  
 τιληναίους καὶ πάσαι μὴδὲν διαφέροντας τῶν ἄλλων ὑφ'  
 ἡμῶν τετιμῆσθαι, καὶ οὐκ ἂν ἐς τόδε ἐξύβρισαν πέφυκε  
 γὰρ καὶ ἄλλως ἀνθρώπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν,  
 τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θανατάζειν. κολασθήτωσαν δὲ καὶ νῦν  
 ἀξίως τῆς ἀδικίας, καὶ μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἢ αἰτία προσ-  
 6 τεθῆ, τὸν δὲ δῆμον ἀπολύσῃτε. πάντες γὰρ ἡμῖν γε ο-  
 μοίως ἐπέθεντο, οἷς γ' ἐξῆν ὡς ἡμᾶς τραπομένοις νῦν πάλιν  
 ἐν τῇ πόλει εἶναι. ἀλλὰ τὸν μετὰ τῶν ὀλίγων κίνδυνον  
 ἡγήσασθαι βεβαιότερον ξυναπέστησαν. τῶν τε ξυμμάχων  
 σκέψασθε εἰ τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ  
 τοῖς ἐκούσιν ἀποστῆσιν τὰς αὐτὰς ζημίας προσθήσετε, τίνα

XXXIX. A quibus ego vos avocare studens declaro Mytilenaeorum civitatem unam omnium maxime vos violasse. Nam equidem, si qui aut jugo vestro ferendo impares aut ab hostibus coacti defecerunt, veniam do. Insulam autem<sup>2</sup> qui tenebant moenibus instructam nec nisi mari hostes nostros metuebant, quum tamen vel ipsi triremium apparatu adversus illos non plane indefensi essent, quique suis utebantur legibus et a nobis ante omnes in honore habebantur; hi si talia egerunt, quid aliud quam insidiati sunt et rebellionem potius fecerunt quam defectionem — nam haec quidem est eorum, quibus vis aliqua inferitur — et cum inimicissimis nostris conjuncti nos perdere conati sunt? Quamquam id<sup>3</sup> atrocius est, quam si per se ipsi copiis comparatis bello certassent. Documento autem iis fuerunt neque calamitates aliorum, quicumque defectione a nobis facta subacti sunt, neque praesens rerum prosperitas cunctationem iis attulit periculum adeundi; sed omni rerum futurarum metu remoto majora illi quidem quam pro viribus, minora autem quam pro voluntate sperantes bellum intulerunt vim justitiae praefendam esse rati. Quo enim tempore se superiores esse<sup>4</sup> crediderunt, nulla ipsi injuria lacessiti nobis arma intulerunt. Fieri autem solet, ut quibus civitatibus cumulatissime et brevissimo spatio insperata contigerit felicitas, eas in superbiam convertat. Plerumque autem ea, quae, ut expectari potuit, ita prospere eveniunt, stabiliora sunt illis quae praeter opinionem succedunt, ac fortunam adversam facilius fere propulsant homines quam secundam conservant. Oportuit<sup>5</sup> autem Mytilenaeis jam pridem nihilo plus quam ceteris a nobis tributum honoris; neque enim huc usque superbiae progressi essent. Est enim ita etiam in aliis rebus natura paratum, ut eum contemnant homines, a quo colantur, eum autem admirentur, qui iis non concedat. Plectantur autem etiam nunc pro magnitudine injuriae neve in paucos culpa illata plebem absolveritis. Nam nos quidem omnes pariter<sup>6</sup> adorti sunt, quibus liceret, si ad nos confugissent, nunc in urbem suam restitutis esse; verum tutius esse rati cum paucis

οἴεσθε ὄντινα οὐ βραχεῖα προφάσει ἀποστήσεσθαι, ὅταν ἢ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ἢ ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν 7 ἀνήκεστον; ἡμῖν δὲ πρὸς ἐκάστην πόλιν ἀποκεκινδυνεύεται τὰ τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαί. καὶ τυχόντες μὲν πόλιν ἐφθαρμένην παραλαβόντες τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν, τὸ λοιπὸν στερήσεσθε, σφαλέντες δὲ πολεμίους πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἔξομεν, καὶ ὃν χρόνον τοῖς νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν.

μ'. Οὐκ οὖν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστὴν οὔτε χρήμασιν ὀνητήν, ὡς ξυγγνώμην ἀμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λήψονται. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξυγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε πρῶτον καὶ νῦν διαμάχομαι μὴ μεταγῶναι ὑμᾶς τὰ προδεδογμένα, μηδὲ τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις τῇ ἀρχῇ, οὐκ ἔτι 2 καὶ ἡδονῇ λόγων καὶ ἐπιεικεία, ἀμαρτάνειν. ἔλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δίκαιος ἀντιδίδοσθαι καὶ μὴ πρὸς τοὺς αὐτ' ἀντοικτιοῦντας ἐξ ἀνάγκης τε καθεστῶτας ἀεὶ πολεμίους· οἳ τε τέρποντες λόγῳ ὀήτορες ἔξουσι καὶ ἐν ἄλλοις ἐλάσσοσιν ἀγῶνα, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἢ μὲν πόλις βραχεῖα ἤσθεῖσα μεγάλα ζημιώσεται, αὐτοὶ δὲ ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ παθεῖν 3 εὖ ἀντιλήψονται· καὶ ἡ ἐπιεικεία πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιτηδείους καὶ τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι μᾶλλον δίδοται ἢ πρὸς τοὺς ὁμοίως τε καὶ οὐδὲν ἦσσαν πολεμίους ὑπολειπομένους. ἐν δὲ ξυνελῶν λέγων πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ τὰ τε δίκαια ἐς Μυτιληναίους καὶ τὰ ξυμφορα ἅμα ποιήσετε, ἄλλως δὲ γνόντες τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον 4 δικαιοῦσεσθε. εἰ γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν οὐ χρεῶν ἄρχοιτε. εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δοῦν, παρὰ τὸ εἰκός τοι καὶ τούσδε ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι ἢ παύεσθαι τῆς ἀρχῆς καὶ ἐκ τοῦ ἀκινδύνου ἀνδραγαθίζεσθαι. τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι καὶ

periclitari simul defecerunt. Videte autem, si sociorum iis, qui ab hostibus coacti et iis, qui sua sponte defecerint, eandem irrogabitis poenam, quem creditis futurum esse, quin levissima de causa deficiat, quum aut liber sit futurus, si prospere res evenerit, aut nihil insanabile passurus, si secus ceciderit? Nos vero adversus unamquamque civitatem<sup>7</sup> et fortunis et animis periclitabimur et, sive nobis bene res processerit, civitate jam perdita in deditionem recepta eo, quo plurimum valemus, redivimus, in posterum privabimini; sive inceptum male cesserit praeter eos, quos jam habemus, novi hostes nobis erunt, et quo ipso tempore praesentibus hostibus resistere nos oportet, cum nostris ipsorum sociis bellum gerendum erit.

XL. Non oportet igitur ullam spem ostentare aut oratione confirmatam aut mercede commutatam fore, ut venia iis detur, ut qui humane peccaverint. Neque enim inviti laeserunt, sed prudentes insidiati sunt; excusationem vero habet id, quod a nolentibus fit. Equidem igitur et tunc primum et nunc pertinaciter repugno ne decretum jam factum rescindatis, neve tribus rebus, quae imperio perniciosissimae sunt, miseratione et dulcedine verborum et clementia, decipi-<sup>2</sup>piamini. Nam misericordiam quidem justum est erga eos, qui pari conditione utantur, invicem reddi, non erga eos qui neque ipsi miserationem reddituri et necessario hostes perpetuo sint. Oratores autem, qui sermone delectant, etiam in aliis rebus minoris momenti certandi locum habebunt, non in quo civitas brevis delectationis causa magnum detrimentum captura, ipsi ex bene dictis beneficia accepturi sint. Clementia vero erga illos potius adhibetur, qui in posterum<sup>3</sup> quoque amici sint futuri, quam erga illos, qui pariter atque antea ac nihilo minus hostes relinquuntur. Et, ut paucis absolvam, unum hoc dico: si me audietis, ea facietis, quae et in Mytilenaeos justa sint et vobis utilia, sin autem aliter statueritis, illorum gratiam non inibitis, in vos autem ipsos magis vindicabitis. Namque si hi jure defecerunt, haud scio<sup>4</sup> an vos per injuriam imperetis; sin vero vel contra fas hoc

μὴ ἀναληγτότεροι οἱ διαφεύγοντες τῶν ἐπιβουλευσάντων φανῆναι, ἐνθυμηθέντες ἂ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι κρατήσαν-  
 5 τας ἡμῶν, ἄλλως τε καὶ προὔπράξαντας ἀδικίας. μάλιστα  
 δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται  
 καὶ διολλύναι τὸν κίνδυνον ὑγορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου  
 ἐχθροῦ· ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθῶν χαλεπώτερος δια-  
 6 φνγῶν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ. μὴ οὖν προδότηι γένησθε  
 ὑμῶν αὐτῶν, γενόμενοι δ' ὅτι ἐγγύτατα τῇ γνώμῃ τοῦ πάσχειν  
 καὶ ὡς πρὸ παντὸς ἂν ἐτιμήσασθε αὐτοὺς χειρώσασθαι,  
 νῦν ἀνταπόδοτε μὴ μαλακισθέντες πρὸς τὸ παρὸν ἀντίκα  
 μῆδὲ τοῦ ἐπικρεμασθέντος ποτὲ δεινοῦ ἀμνημονοῦντες. κο-  
 λάσατε δὲ ἀξίως τούτους τε καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις πα-  
 ράδειγμα σαφὲς καταστήσατε, ὅς ἂν ἀφιστῆται. θανάτῳ ζη-  
 μιωσόμενον. τόδε γὰρ ἦν γνώσιν, ἧσσον τῶν πολεμίων  
 ἀμελήσαντες τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν μαχεῖσθε ξυμμάχοις.“

---

vobis faciendum censetis, oportet nimirum nulla aequitatis ratione habita utilitatis causa etiam hos supplicio coërcere aut imperio decedere et in tuto bonos viros agere. Sic autem censete, parem poenam ab iis repetendam esse neque vestrum esse, qui effugeritis, lentiores vos praestare illis, qui insidiati sint, reputantes, quae verisimile fuerit eos facturos esse, si nos superassent, quum praesertim ipsi principes injuriae inferendae fuerint. Et maxime illi, qui non justa de causa alterum 5 laedunt, usque ad perniciem persequuntur, ab hoste superstite relicto periculum sibi fore suspicantes. Quisquis enim nulla cogente necessitate malo afficitur, is, si elapsus erit, multo gravior erit illo, qui ex aequo hostem se praebuit. Nolite 6 igitur proditores fieri vestri ipsorum, sed animo et cogitatione, quoad maxime fieri potest, fingentes, quid passuri fueritis quantique, ut illos subigeretis, facturi fueritis, nunc paria referte neque praesentibus animi affectionibus molliti neque periculi, quod aliquando imminuit, obliti. Punite autem simul hos, sicut commeruerunt, et in ceteros socios insigne documentum constituite, quicumque desciscat, morte eum mulctatum iri. Hoc enim si perspexerint, vobis minus necesse erit hostibus neglectis cum vestris ipsorum sociis pugnare.

---

## ADNOTATIONES.

XXXVII. ἔγνων, δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἑτέ-  
ρων ἄρχειν. Ambigitur inter commentatores, utrum voc.  
δημοκρατίαν per anticipationem ad verbum ἔγνων objecti  
loco referatur, an sit subjectum verbi ἄρχειν et tantum  
gravitatis causa particulae ὅτι praepositum. Illam senten-  
tiam protulerunt Krueg. et Classen., hanc Poppo maxime  
defendit. Et verum quidem est anticipationem Thueydidi  
usitatissimam esse, sed tamen nos quidem facile adducimur,  
ut h. l. eam subesse negemus. Nam si ita esset, substan-  
tivum illud ut subjectum simul audiretur verbi ἐστίν. At  
vix crediderim bene graece sic dici: δημοκρατία ἀδύνατόν  
ἐστίν ἄρχειν. Si enim verum est (quod docet Krueg. in  
Gramm. § 43, 4, 11), quum adjectivum neutrius generis prae-  
dicati loco sic ponitur, ut est apud Thuc. III, 37, 3, IV,  
62, 1, VI, 39, 1, audiendum esse πρᾶγμα s. χοῆμα, fieri  
non posse videtur, ut infinitivus insuper adjiciatur. Ac prae-  
terea, si meminerimus nostrum haud raro vel conjunctioni-  
bus, quae vocantur, substantiva praeponere, quae majore  
quadam vi efferenda sint (velut I, 10, 2. 77, 2. 144, Poppo;  
conf Mueller. Hist. liter. Gr. II p. 364.) haud dubie, credo,  
in Popponis sententia erit acquiescendum.

διὰ γὰρ — — τὸ αὐτὸ ἔχετε. Cum sententia bene  
jubent commentt. conferri I, 68, 1, ubi a simili sententia  
exordium velut hic inducitur. Et utroque loco lenioribus  
principiis et quasi blanditiis acerrimas objurgationes orator  
praetexit.

πρὸς ἀλλήλους — ἐς τοὺς ξυμμάχους. Inter praepo-  
sitiones πρὸς et ἐς, quemadmodum hoc loco et similibus



usurpantur, proprie id discriminis intercedere videtur, ut illud interiorem quandam relationem s. conjunctionem notet, hoc laxius et quasi generalius adnectat (sueth.: emot, i förhållande till — i afseende på). Et hic quidem priore loco necessario erat *πρός* adhibendum, quia vicissitudo exprimenda erat. Verum non potest negari saepe fieri, ut variandi solum causa alterum pro altero ponatur, sicut est apud Thuc. I, 38, 1. Conf. Rehdantz. ad Demosth. Phil. II, 10.

*οὐκ ἐπικινδύνως ἠγεῖσθε] τοντέστι, οὐχ ἠγεῖσθε τοῦτο κτλ.* Schol. — Saepius Thuc. ita verba inter se cohaerentia alio inserto discludit, quo fit, ut pro se quidque majore vi pronuntietur.

*οὐ σκοποῦντες, ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχήν.* Injuria mihi videtur Classen. hunc locum cum II, 63, 2 comparans hoc affirmare, consulto a Thucydide Cleonem ita loquentem induci, ut ejus oratio Periclearum quandam afferat similitudinem. Hac una re Cleon orator Periclis similis est, quod non blande ac summis, sed confidenter loquitur, quamquam ille gravis et amplus, hic vehemens et iracundus est in dicendo. Et illam quidem sententiam praeter locum ab illo laudatum etiam I, 75, 2, VI, 18, 3. 85, 1 invenies.

(οὐ) *οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε — — ἀκροῶνται ἑμῶν.* Pronom. *οὐ*, quum ab omnibus fere codicibus absit, a Boehm. et Class. rejicitur, a Popp. et Krueg. defenditur, ne relinquatur asyndeton. Prorsus eadem est ratio horum locorum: III, 63, 2. IV, 10, 3. Me, ut in hoc loco illorum sententiam amplectar, maxime adducit VII, 77, 1. *ἐλπίδα χροῆ ἔχειν. ἦδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων τῶνδε ἐσώθησαν*, ubi nemo in animum induxit mutatione opus esse. Ibi Poppo, "asyndeton, inquit, incitatione orationis defenditur"; quae etiam hic subest causa.

*ἀλλ' ἐξ ὧν.* Pron. relativum sic usurpatum ad vim demonstrativi et conj. *ὅτι* prope accedere, docent Krueg. Gr. 51, 10, 4 et Madv. Synt. 103, 3.

*μηδὲν — ὧν ἂν δόξῃ περὶ.* Krueg. praep. *περὶ* non recepit in contextum verborum nulla omittendi allata ratione,

Classen. verba illa ita explicari debere putat: *περὶ τούτων, περὶ ὧν ἂν δόξη*, et Ullrich. (v. Class.): *περὶ τούτων, ἃ ἂν δόξη*. Neuter tamen recte, ut opinor, sed hoc modo explananda sunt: *μηδὲν τούτων περὶ ὧν ἂν δόξη*. Vide Kr. Gr. 51, 13, 1—7.

*ἀμαθία ὠφελιμώτερον*. Conf. adnot. ad § 1.

*οἱ τε γαυλότεροι* — *πρὸς τοὺς ζυνετωτέρους*. Voc. *γαυλός* h. l. idem valet atque *ἀμαθής* (Schol.) et, sicut hic, *γαυλός* et *συνετός* s. *σογός* saepius inter se opponuntur. Ad exempla a Kruegero allata adde Plat. Apol. 22, B.

*ἐς τὸ κοινόν* duplici modo apud Thuc. usurpatur. Aut enim significat *in commune, in rem publicam, aut coram populo, in concilio* vel tale quid. Illum usum IV, 58, hunc IV, 59, 1 manifesto reperies. Utro autem modo hoc loco accipiendum sit, ambiguum esse, jure dicit Krueg.

*ὡς ἐν ἄλλοις μείζουσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην*. Nemini credo primo certe aspectu non mirum videbitur hic ita dici, quasi illi homines, qui nimiam prudentiam sectentur, h. e. oratores, ad majores res dexteritatem suam reservare debeant, quam eas, quae ad rempublicam pertineant, et infra, cap. 40, 3, eosdem in minoribus rebus certandi campum sibi sumere juberi. Qua discrepantia offensus Bloomf. *μείουσι* pro *μείζουσι* hic scribi voluit eumque Campius in versione sua est secutus. Sed si rem diligentius perpendas, mutatione non opus esse apparet. Nam hoc loco illi dicuntur adeo aemulantes esse, ut in unaquaque re, *etiamsi levior sit*, dicendo vincere studeant, quasi haec ipsa gravissima sit omnium neque ulla dignior, in qua suam quisque prudentiam exprimat. Contra illic Cleon, postquam oratores omni modo suspectos reddidit, eos dicit a rebus gravioribus tractandis omnino removendos esse, ut qui civitatem in pericula adducant.

*ἀμαθέστεροι μὲν τῶν νόμων, ἀδυνατώτεροι δὲ* — *μέμψασθαι*. Contra Popponem cum ceteris commentt. (Krueg., Class.) censeo infinit. *μέμψασθαι* non esse membrum relatum, tamquam si ἢ (ὥστε) adsit, atque comparativum

*ἀδυνατ.* absolute positum esse. Neque ullam aliam ob causam eum gradum adhibitum esse credo, nisi ut prioribus verbis posteriora similiter conformarentur.

*ὡς οὖν.* De nota vocabuli *ὡς* non plane consentiunt viri docti, quoniam Fritschius ad Lucian. P. 199 assentiente Goellero eam exulare iussit (Pp.). Sed quum is liber mihi ad manum non fuerit, haud scio, quibus ille rationibus sententiam suam adjuverit. At ego vix crediderim fieri posse, ut relativae voci, sive pronomini sive adverbio, conjunctio adversativa aut conclusiva adjungatur (Conf. Madv. Lat. Gr. 448, 2); ex quo efficitur, ut part. *ὡς* h. l. demonstrativa sit ideoque nota apponenda. V. Kr. Gr. 25, 9, 11. 69, 63 1.

*παρὰ δόξαν — παραινεῖν.* Schol. *παρὰ δόξαν* sic explanat: *παρὰ τὸ δοκοῦν καὶ φαινόμενον, ἔξ οὗ παρὰ τὴν ἀλήθειαν*, quae explicatio ab omni veritatis similitudine abhorret. Poppo: *praeter animi sententiam* et similiter ceteri commentt. excepto Classen., qui auctore Ullrichio (Beiträge zur Krit. und Erkl. des Thuc. 1862) scribit *παρὰ τὸ δόξαν*, quo refert dativum *τῷ πλήθει*. At illi cum Arn. jure conferunt c. 42, 6 (*παρὰ γνώμην — λόγοι*), ubi Diodoti verba haud dubie huc respiciunt. Et *παρὰ δόξαν* aliquando pro usitatore *παρὰ γνώμην* poni posse, inde verisimilius fit, quod VI, 34, 8 aperte hoc pro illo usurpatur: *εἰ δ' ἴδοιεν παρὰ γνώμην* (i. e. praeter expectationem) *τολμήσαντας*.

XXXVIII. *Ἐγὼ μὲν οὖν.* Particulae *μὲν οὖν* h. l. non antecedentia concludunt et colligunt, sed tantum transitioni serviunt, de quo usu disputat Baeumlinius, Qaeaeatt. de partt. Gr. p. 183 extr. Et particulae *μὲν* id proprium est, ut prius aliquod membrum inducat, cui alterum per *δὲ* notatum respondere solet. Quamquam hic aliter se res habet, nam alterum membrum efficiunt verba *καὶ θαναμίζω κτλ.* Sic etiam V, 60, 1 particulam *μὲν* excipit *καί*. Conf. cap. 40, 2.

*τῶν προθέντων.* Haec erat *ἐκκλησία σύγκλητος* s. extra ordinem convocata, quod aut a prytanibus aut a praetoribus fiebat. Vide Schoemann. Gr. Altt. 1, 383.

ἀμύνασθαι δὲ — — ἀντίπαλον ὃν μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει. Class. auctore Haasio voc. ὃν ejicit, ἀντίπαλον cum τιμωρίαν conjungit, recte dicens in vocabulis ἀντίπαλον μάλιστα id necessario situm esse, quod praecedenti ὅτι ἐγγύτατα κείμενον respondeat. Et Poppo: "augeretur concinnitas, inquit, si ὃν deleteretur; nunc aut μάλιστα simul verbis ὅτι ἐγγ. κειμ. et ἀμβλυτέρω contrarium, aut in articulo τὴν τιμωρίαν, *poenam debitam*, notio illi ἀμβλυτ. quaerenda est". Sed mihi quidem videtur illa concinnitas, quam merito desiderant, ita servari posse, ut neque ὃν deleatur neque ad illas duriores explanationes, quas proposuit Poppo, confugiatur. Voc. μάλιστα enim cum praecedente ἀντίπαλον ὃν conjungo et his verbis summam rei contineri puto (v. Madv. Synt. 176, b). Et sic ἀντίπαλον ὃν μάλιστα apte respondet et ὅτι ἐγγ. κείμ. et ἀμβλ. τῇ ὀργῇ ac similiter ἐπεξέρχεται et τὴν τιμ. ἀναλαμβάνει inter se referuntur.

τὰς μὲν Μυτ. ἀδικίας ἡμῶν ὠφελίμους οὖσας, τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας. Locus valde impeditus et ita enuntiatus, ut etiamsi rectam explicationem inveneris, ipsa verba non satis aperte sententiam prae se ferant. Quae mihi quidem totius orationis consilium consideranti et cum hoc loco cap. 40, 4 comparanti (καὶ τοῦσδε δεῖ ξυμφόρως κολάζεσθαι) haec fere esse visa est. "Quisquis Mytilenaeos poena solvi volet, is, si quid erit factururus, ostendere debebit, ubi socii nos violentes sua commoda colant, inde nos utilitatem percipere (i. e. nostram utilitatem in sociorum injustis commodis sitam esse), quidquid autem nobis mali accidat, id sociis detrimento esse (i. e. nostra incommoda in sociorum detrimentis sita esse). Quod totum contra est; nam quidquid illorum res adjuvat, id nostrum imperium infirmat, quidquid autem ab iis ditrahitur, id nos validiores reddit. Quare summopere cavendum est, ne quid sociis concedatur". Commentt. alii aliter rem expediunt; nos quidem Arnoldium et Boehmium maxime secuti sumus. Krueg. τὰ ἡμέτερα ξύμφορα conjicit; Didot. οὐ ex duobus codicibus recepit. Quorum per se quid-

que absurdum esse videtur; mihi vero optime satisfaceret, si utroque conjuncto scriptum esset τὰ δ' ἡμέτερα ξύμφορα οὐ κτλ., nam credo scriptorem in hac antithesi conformanda non ea verba sumpsisse, quae rem satis ceccurate exprimerent.

τὸ πᾶν δοκοῦν ἀνταποφῆναι ὡς οὐκ ἔγνωσται; Etiam hic sententia non satis est aperta. Poppo cum Goellero τὸ δοκοῦν vult esse *sententiam nondum mutatam*, quod aperte pugnat cum 37, 1: τῇ νῦν ὑμετέρα μεταμελεία. Boehm. et Class. eodem verbo pro partic. impf. accepto eandem atque Haasius praebent versionem: *id, quod (heri) omnibus placebat, decretum non esse*. Verum mihi paullo frigidior haec videtur sententia; qui enim cogitari possit, hoc cuiquam in mentem venire potuisse, ut negaret decretum illud vere factum esse? Heilmanni autem explicatio, quam recepit Krueg., a Boehmio satis videtur esse refutata. Nos quidem Campium sequimur, qui Germanice sic vertit: "eure entschiedene Ueberzeugung sei nicht eure Meinung gewesen".

ἐκ τῶν τοιῶνδε ἀγώνων κτλ. Haec fere cuncta a ludis translata sunt; et oratores quidem ii sunt, qui certent, Athenieses autem certaminum dissignatores sunt iidemque spectantes sedent. Quod ipsum iis vitio datur, quum contra debeant ipsi res publicas perscrutantes iudicare neque, dum admirantes sedeant, se decipi sinere.

ἀγωνοθετοῦντες — —, καὶ-ἀριστοι — —, ζητοῦντές τε. Per has partes progreditur sententia; quamquam in latina oratione aptius videbatur hoc quasi filum sermonis non persequi.

θεῖται μὲν τῶν λόγων, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων. Sensus per lusum verborum paullulum obscuratus hic est: oportebat vos omnes res quae aguntur ipsi excutere, non temere, ut facitis, aliorum verbis credere.

τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες — —, τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τὸ δρασθέν πιστότερον ὄψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθέν, ἀπὸ τῶν — ἐπιτιμησάντων. Deteriores quidam codd. pro δρασθέν exhibent θεασθέν, quod,

quum correctionis speciem prae se ferat ab omnibus editoribus rejicitur. Sed quae sit verborum structura, non inter omnes convenit. Haack. in ed. 1. τὰ πεπραγμένα conjungit cum λαβόντες ita ut pro genitivo partit. adhibeatur. Inter ceteros convenire videtur (Poppo enim nihil affirmat) σκοποῦντες hic quoque intelligi. Sed Poppo haesitare se dicit, utrum reliqui accusative τὸ δρασθέν — τὸ ἀκουσθέν ex verbo λαβόντες pendeant, an, si τὸ δρασθέν sit appositio partitiva, ex eodem σκοποῦντες sic, ut plena sententia haec sit: τῶν δὲ πεπραγμένων οὐ τὸ δρασθέν σκοποῦντες (ὡς) πιστότερον ὄψει λαβόντες. At haec explicandi ratio vel propterea mihi non probatur, quia verbo σκοπεῖν numquam, quod sciam, praedicativus accusativus adjungitur; de verbo λαμβάνειν mox videro. Goelleri explicatio ne audienda quidem videtur esse: "Structura haec videtur esse, inquit: οὐ τὸ δρασθέν ὄψει λαβόντες, ὃ πιστότερον ἦν, ἢ τὸ ἀκουσθέν λαβεῖν ἀπὸ τῶν — ἐπιμησανίων." Tenenda est igitur ea explanatio, quam reliquis commentt. probatam in interpretationem nostram assumpsimus quaeque legentibus sua sponte se offeret, si verba οὐ τὸ δρα. — ἀκουσθέν incisive distinxeris. Haec autem proprie sic verto: *non res (vere) gestas certiores accipientes oculis quam auditas.* Inter se respondent τὸ δρασθέν et τὸ ἀκουσθέν; quae si propriam vim urgeas, non sunt vere contraria, sed τὸ δρασθέν hic cum emphasi dicitur, et ad oppositionem quaesitam juste complendam vocula ὄψει (= ὅτι ὄψει λαμβάνετε) additur, quae ad alterum membrum non simul auditur. — πιστότερον Krueg. vult esse adverbium. Sed πιστῶς adv. nihil significat nisi *fideliter*, quod hic non convenit, et II, 42, 3 eadam est constructio: τὴν τιμωρίαν ποθεινότεραν λαβόντες. Conf. latinum *accipere* apud Klotz. Lex.

μετὰ καινότητος μὲν λόγον ἀπατᾶσθαι, μετὰ δεδοκίμασμένον δὲ μὴ ξυνέπεσθαι. Falso Classen. καινότητος λόγον de dicendi genere dictum existimare videtur ("wo es eine neue Art des Vortrags gilt"), nam hic agitur de rebus oratione prolatis. — δεδοκίμασμένον Krueg. pro substantivo positum

putat. At participia neutrius generis sic usurpata articulo vix carere possunt, quare λόγον est intelligendum.

ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς τριαντα λέγονσι μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ, — — προεπαίνεσαι, — — πρόθυμοι εἶναι κτλ. Male Scholiasta: βούλειαι πᾶντως ἀντιπεῖν τῷ λέγοντι ὅπως μὴ βραδύτερον ἐκείνου ὁδῶν νενοικέναι τὸ ξυμμέρον. Quem hactenus omnes commentt., uno Class. excepto, secuti sunt, ut dativum τοῖς λέγονσι cum verbo ἀνταγών. conjunxerint, Hic autem ex verbo ἀκολουθῆσαι dativum aptum facit, unde fit, ut ἀνταγωνιζόμενοι valeat *inter vos certantes*, eique nos assensi sumus ob eam causam, quia altera conjungendi ratione probata dativum τοῖς λέγονσι etiam ad infinitivos sequentes, qui me iudice e verbo ἀνταγών. pendent, simul audiri oportebit, quod non bene convenit. Quamquam de infinitivis, quo referantur, commentt. alii aliter sentiunt multaue miscent, quae enumerare longum est. Nullo jure, ut mea fert opinio, Reisk. et Krueg. voc. προεπαίνεσαι, Poppo et omnes recentiores praeter Class. voc. εἶναι in suspicionem vocarunt. Mihi quidem omnia, ut sunt, bene fluere videntur, quod ne injuria dixisse videar, suethice vertam: "helst viljen I hvar för sig kunna uppträda såsom talare; men om I ej kunnen det, så täflen I med hvarandra deri, att ej blifva efter i uppfattandet af det sålunda talade, utan att tvärtom, när någon säger något riktigt skarpsinnigt, komma först med bifallet; och att vara ifriga i att på förhand fatta hvad som talas, men tröga i att förutse de kommande följderna deraf." — λέγοντος sc. τινός.

σοφιστῶν θεαταῖς καθήμενοις] "iis qui in sophistarum ludis spectandis *defixi sedent*," ipsi consultandi partem non capessentes. Kruegeri conjectura καθήμενοι quid opus sit quidve adjuvet, non video.

XXXIX. μάλιστα δὴ μίαν πόλιν. De hoc usu vocabuli ἐνός, ubi superlativi vim auget et exaggerat, vide Kr. Gr. 49, 10, 5 et quae a Classen. ad Thuc. I, 80, 3 bene adnotata sunt.

*οἵτινες ἀπέστησαν* —, *ξυγγνώμην ἔχω*. Krueg. relativam hanc enuntiationem dativi locum obtinere putans Gram. 51, 13, 3 adiri jubet. Sed haud scio an rectius hoc loco *οἵτινες* idem atque *εἰ τινες* valere putes, ita ut *ξυγγν. ἔχω* absolute dictum sit. Vide Class. adnot. et Krueg. Gr. 51, 13, 12. Quamquam concedendum est hic inter utramque rationem non multum differre. — De altero *οἵτινες* v. Kr. Gr. 51, 8, 2.

*ἐν ᾧ* vel ut hic, *qua in re* significat, vel *quo tempore*, ut est infra § 4.

*αὐτοί, ἴψι* h. e. *ipsi per se*, nullo adjuvante. Class. *ἀπόστασις μὲν γε*. Exspectes *ἐπανάστασις δὲ*, sed quoniam illa definita, haec qualis sit, ex se apparet, alterum membrum exclusum est. — Part. *γέ* h. l. causalem quodammodo habet vim, de qua re vide Klotz. ad Devar. p. 335 et Buttmanni (Dem. Mid. p. 46) verba ibi allata. Similiter Thuc. I, 40, 3 (Pp.).

*μετὰ τῶν πολεμιοτάτων ἡμῶς στάντες διαφθεῖραι*. De collocatione verborum conf. Muell. l. l. p. 364. Poppo.

*παράδειγμα δὲ οὔτε — ἐγένοντο οὔτε — παρέσχευ ὄκνον*. Est haec levissima quaedam anacoluthia, quam non male appellant *commiationem membrorum* (Poppo), "Verschiebung" (Class.); Krueg. autem ad Xen. Anab. VII, 1, 9. vix recte eam vocat "Verkettung." Quae, ubi occurrit, certi alicujus verbi ponderis causa exstitisse videtur. Similia exempla Thucydidea Poppo et Krueg. h. l. congesserunt.

*αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστον ἀπροσδόκητος ἐνπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν*. Relativa enuntiatio pro accusativo posita. — Ut est scriptum, *μάλιστα* et *δι' ἐλαχίστου* per part. *καὶ* inter se copulata utrumque ad praedicatum refertur, *ἀπροσδόκητος* autem attributi locum tenet. Sed non potest negari multo melius et concinnius mutato ordine sic dici: *δι' ἐλαχ. καὶ μάλ. ἀπροσδ. ἐνπραξία ἔλθῃ*. Sic etiam Popponi visum est; quamquam hic, ut interpretationi eam sententiam intrudat, ipsis verbis vim afferre videtur. Conf. Krueg.



τὰ δὲ πολλά — εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα. Poppo et Class. Scholiastam ("ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ") sequentes τὰ πολλά pro accus. abs., εὐτυχοῦντα pro subjecto accipiunt. Contra Krueg. et Boehm. τὰ πολλά subjectum esse volunt, quod si rectum est, participium est appositum; proprie igitur sic interpretandum: *pleraque res, si... bene cadunt*. In quorum sententia equidem necessario acquiescendum esse puto, quia neutrum partic. numquam, quod sciam, articulo carens substantivi vim ac naturam accipere potest.

κατὰ λόγον. Conf. II, 89, 6 quaeque ibi a Boehmio adnotata sunt, et παρὰ λόγον I, 65, 1, VI, 33, 6; paullo aliter VI, 25, 8; τὴν ἄλλην παρασκευὴν ὡς κατὰ λόγον ("i proportion derefter"). Sed quae significatio apud Platonem frequentissima est, *rationi convenienter*, eam apud nostrum nusquam invenies.

μηδὲν διαφέροντας τετιμῆσθαι. Si haec scriptura est retinenda (nam in nonnullis codicibus scriptum est *διαφερόντως*), malim cum Boehmio partic. *διαφέροντας* de effectu, ut per prolepsin quandam idem valeat atque ὥστε διαφέρειν, quam cum Popp. et Krueg. de modo accipere; nam exempla ab his laudata huic non satis similia sunt. At conf. IV, 17, 1: τοὺς λόγους μακροτέρους — μηχανοῦμεν et Stallbaum ad Plat. Phaedr. 268, d.

καὶ οὐκ — ἐξύβρισαν. Ferrarus, ut opinor, apud solutae quidem orationis scriptores hic usus est part. *καί*, ubi *consecutionem* inducit, id quod apud tragicos imperativo potissimum praecedente nonnumquam usu venit. Vide Baeuml. Quaestt. p. 147 et Kr. Gr. 54, 12, 9, ubi exemplum ex Euripidis Hippol. v. 938 huic fere simile affertur.

καὶ μὴ τοῖς μὲν — ἡ αἰτία προστεθῆ, τὸν δὲ — ἀπολύσῃτε. καὶ μὴ utrumque membrum pariter complectitur: Class. Addendum est in altero ipso membro per δὲ illato summam rei positam esse, de qua loquendi consuetudine Graecis usitata disputat Baeuml. l. l. p. 164, b. 168, ε.

πάντες — —, οἷς γε ἐξῆν. Recte monent commentt., relativum, etsi ex voc. πάντες sit aptum, ipsa sententia non

nisi ad τὸν δῆμον respicere. Atque id ob hanc ipsam causam sic fieri potuit, quia hi praecipue animo dicentis observabantur. De qua re apud grammaticos nihil commemoratum inveni, sed Conf. Lex. Passov.-Rost. s. v. ὅς VII, 4.

ἔξῃν — τραπομένοις νῦν πάλιν ἐν τῇ π. εἶναι. Intellige: nos enim eos restituissemus. Campii conjectura, ἀντιπάλους τοῖς ἐν τῇ πόλει (τέλει), et facile carere possumus et vix probabilem ea praebet sententiam. Verum τραπομένοις quod a plerisque codicibus offertur et a Beckero receptum est pro τραπ. ferri non posse videtur. Aliter se habet κισόμενοι § 3, ubi vide Class. adnot. — τίνα ὄεσθε ὄντινα οὔ. Kr. Gr. 51, 10, 11. Eadem locutio in Diodoti est oratione c. 46, 2, velut etiam in ceteris rebus hae accuratissime inter se orationes respondent.

ἀποκεκινδυνεύεται τὰ χρήματα. De fut. 3 sic adhibito vide Kr. Gr. 53, 9, 3 et Madv. Gr. Synt. 115, b. 3. Aliter Thuc. II, 64, 3. — Contra quam fieri solet verbum illud h. l. transitive est usurpatum. Sed exstat unum ex Demosth. exemplum petiitum, ubi simplex verb. κινδυνεύειν passive sic dictum de substantivo praedicatur: τὰ χρήματα κινδυνεύεται τῷ δαρείσαντι (Krueg.), et fortasse unum apud Thuc. II, 35, 1: πολλῶν ἀρετᾶς κινδυνεύεσθαι, quamquam is locus quomodo explanandus sit, parum enucleatum est. I, 73, 2 et 78, 2 impersonaliter enuntiatum esse equidem credo, etsi video Krueg. aliter visum esse. II, 43, 3 ad praeceptum a Madv. 26, b. traditum refero. Reliqua exempla Demosthenica a Krueg. laudata ad Gr. 52, 3, 4 pertinere videntur.

τῆς ἔπειτα προσόδου τὸ λοιπὸν στερήσεσθε. Pleonasmus, quem non potui in latinum transferre. — δι' ἣν ἰσχύομεν: jure observari jubent commentt. relativum ad substantivum attributo detracto spectare.

πολεμίους ἔξομεν. Sine causa Krueg. admonere videtur αὐτούς simul audiendum esse.

τοῖς νῦν καθεστηκόσι, Pleonasmus verbi premendi causa ortus Class.

XL. προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστήν οὔτε χρήμασιν ὠνητήν. Interpretes (Valla, Haasius, Heilm. Camp.) minus recte voc. *iis* (Mytilenaeis) praedicto addunt, quasi Mytilenaeorum populus hic affuerit aut quidquam de hac actione cognoscere potuerit, antequam jam damnatus esset. Unde intelligitur ἐλπίδα h. l. non significare *laetam spem, quam quis de se concipiat*, sed id quod nostra vernacula est *mōj-lichtet, utsigt*. Qua explicatione probata etiam ea, quae sequuntur, plana fiunt et aperta. Nam de adj. πιστήν ad ἐλπίδα relatum multum haesitarunt commentt. Krueg. quidem utrumque adj., πιστήν et ὠνητήν, conjungit cum ξυγνώμην, quod prorsus absonum nec illius viri acumine satis dignum videtur. Bloomf. cumque eo Poppo et Boehm. πιστήν in activam significationem accipiunt, quae omnino apud tragicos solos. apud Thuc. numquam reperitur. Sed haec explicandi ratio non requiritur, modo totam enuntiationem recte perceperis. Me igitur iudice haec est sententia: "non oportet igitur (ab iis qui in hac concione sententiam dicunt) ullam spem ostentari fieri posse, ut illis venia detur; quam sententiam, si quidem proposita erit, necesse est aut loquendi artificiis confirmatam aut Mytilenaeorum pecunia emptam esse." Voculae ἐλπίδα videlicet adjunguntur adjectiva, tamquam si valeat *sententiam ejus, qui illam spem proponat*. πιστόν λόγῳ est id, quod oratione credibile fit. Tota vero res quam cum illis congruat, quae 38, 2 dicta sunt, nemo non videt. Conf. etiam 40, 3.

ἐγὼ μὲν οὖν. Sicut est c. 38, 3, etiam hic particulam μὲν non excipit δέ; sed differt, quod illic tamen res contraria, quam exspectes, verbis profertur, hic vero non item. Sed tamen tacita cogitatione opponitur *aliorum sententia*, id quod non semel fit. — οὖν h. l. aliter usurpatur ac supra; revocat enim hic et quasi colligit ea quae antea dicta sunt, illic transitionem parat.

καὶ τότε πρῶτον καὶ νῦν διαμάχομαι μὴ μεταγρῶναι. In verbis καὶ τότε πρῶτον nullo jure, credo, Krueg. offendit; "illud ego primum feci tunc (in priore deliberatione) et iterum

nunc idem facio." At concedendum est abundare voc. *πρῶτον*; conf. c. 39 extr. De hujus loci contracta brevitate vide, quae commentt. observarunt; conferri quodammodo potest c. 39, 6; *πάντες γὰρ κτλ.* De *καὶ τότε καὶ τὸν* communi praedicato adjunctis vide Krueg. Gr. 62, 4, 2.

*τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις.* De articulo sic inter substantivum (*τρισὶν*) et adjectivum interposito, quo significatur illud primum indefinite cogitari et per hoc terminari, v. Madv. Synt. 9, 3.

*τοὺς ὁμοίους* Class. et Poppo *similiter animatos* sonare volunt, Krueg. et Boehm. *qui in eadem conditione sunt*, quorum sententiam veram esse ex eo elucet, quia opponuntur ii, qui oppressi tenentur necessarioque hostes perpetuo sunt.

*ἔξουσιν.* Futurum hic significatione ad hortationem prope accedit, id quod ex sequente negatione *μὴ* apparet. Krueg. Gr. 53, 7, 3.

*καὶ ἐν ἄλλοις ἐλάσσοσιν ἀγῶνα κτλ.* Vide quae ad c. 37, 4 disputavimus.

*τοὺς ὁμοίως τε καὶ οὐδὲν ἤσσον.* Facere non potui, quin Thierschii conjecturam reciperem, *ὁμοίως* legendum esse pro eo, quod vulgo est *ὁμοίους*, quam a Classen. defensam et a Poppone Thucydideis exemplis probatam esse invenis. Atque haec sanandi ratio levior esse videtur ea, quam Krueg. proposuit, ut vocabula *ὁμοίως τε καὶ* e verborum contextu ejicerentur.

*ἐν δὲ ξυνηλῶν λέγω:* *ἐν* cum *λέγω* est conjungendum. Krueg.

*δικαιώσεσθε.* Schol. "*δικαίως καὶ ὑμῶν ἀποδείξετε, ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε.*" Verum ap. Plat. Leg. XI, 934. B. legitur: *τοὺς ἰδόντας αὐτὸν δικαιούμενον*, quod nihil aliud esse potest quam "*qui eum poena affici viderint*", eademque notio hic subesse putanda est. Quamquam forma medialis in dubium vocari potest. Conf. Krueg.

*κολάζεσθαι* pro forma mediali est habendum. Class. Similiter VI, 78, 2 et Xen. Cyr. I, 2, 7.

τῇ αὐτῇ ζημίᾳ] ἢ ἂν ἐτιμωρήσαντο καὶ αὐτοὶ ἑμᾶς περιγενόμενοι ἑμῶν. Schol.

ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι κρατήσαντας. Haec enuntiatio, si ad praesens tempus transfertur, sic sonare debet: ἃ εἰκὸς ἐσιν αὐτοὺς ποιῆσαι, ἦν κρατήσωσιν, quod in praeterito fit ἃ εἰκὸς ἦν —, εἰ κρατήσειαν. Haud recte igitur Classen. partic. κρατήσαντας substitutum esse putat pro εἰ ἐκράτησαν. Hoc autem si inserueris, cetera necessario sic erunt conformanda: ἃ εἰκὸς ἐστὶν αὐτοὺς ἂν ποιῆσαι, εἰ ἐκράτησαν. — De inf. aor. pro fut. post εἰκὸς ἐστὶν usitato vide Class. ad Thuc. I, 81, extr.

ἐπεξέρχονται καὶ διολλύναι. Omnes codd. habent *διόλλυνται*, quod si relinquendum est, aut cum Bloomf., Arn., aliis medialis forma hoc uno loco activam vim habere putanda, id quod parum verisimile est, aut Hermanni explicatio probanda est: *dispereunt* suspicantes. Hac autem nihil minus cum sermone vere Thucydideo convenire videtur, quare nos conjecturam a Stahljo in Mus. Rhen. XV p. 475 propositam accepimus. Sic VI, 12, 1 omnes editores *ξυναπολέσαι*, conjecturam pro *ξυναπολέσθαι*, in contextum verborum receperunt. At non est, quod cum Class. sequentia quoque verba mutemus: "αὐτόν, κίνδυνον".

τοῦ πάσχειν. Sueth. "den tillämnade olyckan." Infinitivum non cum Bloomf. et Arn. de eo, quod vere evenit ("quod passi sumus"), accipiendum esse, inde colligi posse videtur, quod in sequente enuntiatione ἂν locum habet. Quam sic suppleo; εἰ ἐπάθετε (τὴν ξυμφορὰν). — καὶ ὡς ἐτιμήσασθε. Ex verbis γενόμενοι ἐγγ. τῇ γνώμῃ hic audiendum est *διανοηθέντες* vel tale quid. Boehm.

ἀντιπόδοτε absolute positum fortiorem quodammodo efficit sententiam; confer nostrum illud "ge igen." I, 43, 2 de beneficio reddendo dicitur τὸ ἴσον ἀντιπόδοτε.

μὴ μαλακισθέντες πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα: "non protinus ob praesentem statum emolliti." Valla. Hic igitur αὐτίκα cum μαλακισθέντες, recentiores autem πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα conjungunt, quibus equidem assentior. Krueg. vero ad

locum mutandum inclinare videtur. Concedendum quidem est solitam articuli collocationem servatam non esse, id quod huic maxime scrupulum movet. At ipse alio loco (I, 137, 4) id Thucydidi alienum non esse exemplis probavit. Ego vero a commentt. eo dissentio, quod credo his verbis non *praesentem rerum conditionem* intelligi, in quam explanationem voc. *ἀντίκα* parum convenit, sed id potius, quod est *sue-thice: det närvarande ögonblickets ingifvelse.*" Sic fere Schol. enodat: *πρὸς τὸν οἶκτον καὶ τὴν ἐπιείκειαν* Et postea vidi Campio idem placuisse, qui sic vertit: "indem ihr nicht augenblicklicher Weichherzigkeit Raum gebt."

*κολύσατε δὲ ἀξίως τούτους τε καὶ τοῖς ἄλλοις παρόδειγμα καταστήσατε — ζημιωσόμενον.* Dubito, num hic cum Poppone pariter atque c. 39, 3 membra commixta esse existimem; nam fieri potest, ut part. *τέ* non solum ad *τούτους* quasi prius membrum pertineat, sed ad totam potius enuntiationem. Neque enim licuit eam alio ullo loco ponere. Conf. Lex. Passov-Rost. s. v. *τέ* art. c. — *ζημιωσόμενον.* Locos huic non multo dissimiles, qui sunt III, 64, 1 et 67, 5 inspicienti non videtur opus esse mutatione a Class. facta: *ὡς ζημιωσόμενον.*



